



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti
Ethicorum**

Melanchthon, Philipp

Witebergae, 1583

VD16 ZV 20638

Clarissimo Viro Ervditione Et Virtvte Praestanti Arnoldo Burenio. Philippus
Melanthon.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

CLARISSIMO
VIRO ERUDITIO-

NE ET VIRTUTE PRAE-
stantii Arnoldo Burenio.

Philippus Melanthon.

EX TAT DVL CISSIMA
narratio Xenophonis
in quarto libro Sermo-
num Socratis, in qua Hippias ex-
logo interuallo reuersus Athenas
audiens Socratem, illas suas usi-
tatas admonitiones in congressib.
amicorum familiariter repetere,
nec iam alias, aut nouas, aut splen-
didiiores orationes habere, deridet
eum, inquiens: Adhuc Socrates,
eadem illa dicis, que ante multos
annos te dicentem audiebamus.
Ego vero, inquit Socrates, de eisdē
A ij eadem.

eadem. Tu fortassis, quia ingenio
et sapientia antecellis, de eisdem
non dicas eadem. Respondet Hip-
pias: Prorsus hoc ago, ut aliquid
afferam noui. An de his, quae scis,
inquit Socrates, ut si quis interro-
get, quibus literis scribatur Socra-
tes? aut, an bis quinq; sint decem?
alia nūc dicis, alia dicebas antea?
Tu Hippias: De his eadem ut tu.
Sed de Iusticia nūc alia dico, qui-
bus contradicere nec tu, nec alijs
possint. Socrates: Magnum bona
toti generi humano inuenisti. Ni-
si scient Iudices hanc Iusticiam
ētrinam, cui contradici non pos-
sit, nunq; inter se dissentient. Ita
nullæ erunt ciuium ac ciuitatum
discordiae, et finis erit seditionum

genio
Idem
Hip.
iquid
escu,
erro.
Socra
ecem?
neal?
ut tu.
, qui
c all
boni
Na
iada
i pos
fia
atum
num
al

ac bellorum. Nec aliud magis ve-
lim, quam hanc à te sapientiam
discere. Hippias: At non audies,
nisi prius in quoq; sententiam in-
am plane & explicatè dixeris, ad
statuas esse iustum. Nec tibi con-
cedam, ut tantum interroges, &
eludas dicta, et tuam sapientiam
occultes. Socrates: An non satis
perspicue dicere videor, quid sen-
tiam esse iustum, cum factis ipsis
ostendam? & facta sint illustrio-
ra verbis? Sentio igitur iusticiam
esse præstare legibus obedientiam.
Hippias: Sed quomodo iusticia
est legibus obedire, cum gentium
militariū leges cōtrariae sint? Nec
vero cōsentaneum est, iusta inter
se pugnania esse. Socrates: At-

A iij qui

qui sunt leges quedā non scripta,
communes omnibus hominibus,
quas Deus ipse generi humano
tradidit, ut apud omnes homines
primum iudicatur rectū esse co-
lere Deum, deinde parētes hono-
re afficere. Neq;^z, ideo talia non
sunt legitima, quia multe ea non
faciunt. Afficiuntur enim pænū
hi, qui violent has leges.

Hactenus colloquium Hippia
et Socratis recitaui. Primum, ut
vel huius viri exemplo me tue-
ar, quod easdē materias repeto, et
quidem non mutatas. Sed eadem
de eisdem, vera & recta, & pro-
prio sermonis genere dicere stu-
deo. Nam profecto vera doctri-
narum exordia propriè et eodem
modo

modo tradere adolescentia valde
prodest. Quia in re mediocre fui-
se meum studium longo tempore,
spero multos intelligere. Sed de
me non dicam prolixius.

Altera causa est, cur statim in
vestibulo hāc narrationē collocā-
rim. Volui obuiā & familiaris-
simè notā esse multis, quia ex hoc
loco, et de disputationib. Platonis
in primo & secundo πολιτεῶν ex-
truxit Aristoteles primā parti-
tionē Iusticie, in quinto libro Ἑ-
thicorum, quæ ad vocabuli expli-
cationē valde necessaria est. Mul-
ta n. ubiqꝫ priorum dicta recitat
Aristoteles, & ad normas artiū
accōmodat, interdum pugnantia
in speciem distinguit, interdum

A 4 dicta

dicta figurata, tanquam non con-
gruenzia ad artes, reicit.

Animaduertit autem nomen
Iusticia aliter usurpari, alias co-
pletei totum chorum virium, si
cum dicimus, Aristide esse ius-
ciue, alias significare unam qua-
dam speciem regentem contractum
ut cum dicimus, emtorem esse in-
stum, id est, seruantem aquila-
tem, non defraudantem alios. Cum
igitur logia et inuolvia disputatio
sit apud Platonem, de his loquendi
modis, Et Xenophon simpliciter
tanquam definitionem, constituens, no-
hic tantum, sed alibi quoque in indi-
cio Cyri, διαιρετον εστιν ουμενον. Aristo-
les, ut modos loquendi discernet,
Et suum cuique locum tribueret. pri-

maistitia partitionem instituit,
hausta ex ipsis natura fontibus.
Alia inquit est Iustitia univer-
salis, alia particularis. Et Xeno-
phantis definitione accommodat ad
universalē, sicut opus est vōniū op.

Quid opus est, dicet aliquis, tan-
ta exilitate disputationū? Facias
potius, sicut de se inquit Socrates,
comunem cōsociationē tuearnur,
idq̄ ēsse Iusticiā statuamus, omis-
sis illis questionum labyrini his.
Eis ille nō insulse inquit: Ego ar-
gutum ciuem sine virtute, odi tā-
quam p̄fīcā: tamen diligētia in
exponēdis vocabulis, et in defini-
tionibus quārēdis necessaria est.

In Ecclesia et in Sermone diui-
no quoties hac nominā repetiūtur,

A s Iust.

Iusticia, iniusticia, peccatum? Hic
nescire, quas res hac vocabula
mostrent, non solum turpe, sed etiam
perniciosum est. Obruitur enim
doctrina de reb. maximis, de vo-
luntate Dei, & de salute nostra.

Maluenda in colloquio Rati-
bonensi proposuerat sententiam,
Dilectione homines iustos esse,
quia dilectio tribuat debitum hono-
rem Deo. Habet suum locum hac de-
scriptio, cum de lege diciatur: *Qui
est homo opus* Et Lex inquit: Diliga
Dominum Deum tuum ex toto
corde. Sed cum in hac caligine me-
tes humanae plena sint dubitatio-
nem, & corda sunt viciosa, non arde-
ant amore Dei, quomodo dicit
Maluenda, homines debitum Deo

red.

reddere? Nō intelligit hāc ipsam
causam, quia legis obedientiā
hac misera natura non prāstat,
in voce Euangeliū propōni doctrī
nam de remissione peccatorum, et
imputatione iusticie.

Quantum periculi est in medi-
cando, si remediorum nomina &
naturas ignoret Medicus, Ita
multo plus periculi est in Eccle-
sia, si sermo diuinus non intelliga-
tur. Nec negari potest amissa lu-
ce multorū vocabulorū, iusticia,
gratia, fidei, secundas esse magnas
in Ecclesia tenebras. Et multi
nunc quoq; mordicus retinenter-
rores, quia imbuti mala cōsuetu-
dine, vocabula rectē et dextre in-
telligere nolūt. Magna est n. Ty-
rannis

rannis prava cōsuetudinis, et om
nino verū est, quod inquit Aristoteles, ἀι ἀκροάτες ήταν τὰ εἴθη συμβαύσεων
γράμματα μνήμη, οὐτως δέξιό μνημένων.

Quare fatendum est, necessariam esse diligentiam rectè cognoscendi sermonē, Et quidē retinenda proprietatis, qua in re quasi adhibēda dexteritas, etiā illi p̄f melius intelligēt, qui ad hoc studiū assuefacti sunt. Multi autem lūcias affert collatio doctrinarū, vñ dici solet, ἡ πορφύρα πρὸ τῷ πορφύρῳ διατία. Cum dicit quispiam ex versu Philosophia, qui homines sanit rectè loquētes nominent iusticiā, facilius intelligi potest, ubi eodem modo loquatur sermo diuinus, ubi aliter loquatur. Sicut Socrates inquit, διατροπή est νόμιμος. Et definitio eius

et om
Aristo
re opus
os.
cessari
ognos
tin
quasi
illi ips
studi
aut lu
rū, v
d'laq
vera
amis
ticia
i eode
m, u
rates
nino
eius
eius iusticia, que est obediētia ius-
italegem, rectè constituta est, ē
sumta à norma, videlicet à noti-
cia recti immota, que diuinitus
sancita est, ut regat actiones. Ia
in Epistola Iohānis dicitur ἀμαρτία
θέλων μια. Definiō est eruditè tra-
dita. Intuetur Iohānes normam,
quaregit iusticiam. Ut igitur do-
ceat è regione, quid sit peccatum,
ait esse quiddā discrepans ab illa
norma. Hac concinnè dici intelli-
gunt hi, qui hac parua artiū ele-
menta didicerūt. Aliter loquitur
Paulus cum ait: *Iustificati sive*
pacem habemus, quam cum dici-
mus, Aristides est iustus.

Nec ego ignoro esse multos, qui
velut carcere oderunt has metas
arti.

artium, & sibi licentiam sumum
fingendi opiniones, ubi libet, &
summū decus esse ducunt, contra
dicere ceteris ac prestigijs sophis-
matum rectè dicta labefactant.
Hac audacia, ut molissimè dicā,
non est utilis Ecclesia Dei. For-
mā, inquit Paulus, sanorum ser-
monum retinetō. Discernamus
genera doctrinarum, nec extra
metas euehamur. Hoc cōsilio pra-
cipuē hac Philosophica saepe in
docendo repeto, ut sermonis di-
scrimina notiora sint.

Deinde sunt & aliae utilitatis
huius doctrinae. In hac qualicunq;
gubernatione morum necesse est
nosse virtutū descriptiones et par-
titiones. Hinc etiam saepe oratio
hauri-

haurienda est, cum de moribus lo-
quimur. Ut ilis est et dijudica-
no sectarū, si modo veritatē qua-
rūnus, nec tantum ut ardentes;
q̄ntare ac nūlē volumus in de-
mēdis paradoxis. Prodest etiā
unioribus, assuefieri ad ordinem.
S ad formam explicandi, quae in
bis exemplis cernitur.

Hanc totam diligentiam et
has admonitiones, et si scio viti-
perari à quibusdam, tamen spero
ibi Arnolde, et alijs qui recte et
candidè indicant, probari, ac tali-
um virorū iudicia potius sequen-
da esse statuo, quam vel indocto-
rum, qui literas omnes ex Eccle-
siā pulsas esse vellent, vel Pyrrho-
morum quorundam, qui vincu-
la ar-

la artium oderunt, & infinitam
sibi licentiam concedi volunt, lu-
dendi opinionibus, ut libet. Ei
viriq; habent sui theatri applau-
sus. Sed hac voluntatum et indi-
ciorum dissimilitudo non est hu-
us tantum etatis malum. Fer-
imus igitur sapientes hos, ut De-
mosthenes nominat, communes
ciuitatum morbos, & tamen in-
nioribus monstratores & horita-
tores simus, adea, qua sunt
vera, recta, et Ecclesia
salutaria, Benè
vale.

Mense Octobri, Anno 1550.